


LITERAE PROCESSVS
S.D.N.D.Gregorij PP. XIII.Lectæ die
Cenæ Domini. Anno de. 1583.



In nomine sanctę, & indiuiduę Trinitatis, Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

NOVERINT *Uni uersj hoc presens publicum transumptum inspecturi, quòd nos, Hieronymus Mathæus Protonotarius Apostolicus utriusq; signaturæ. S. D. N. Papæ Referendarius, Curie Casuarum Camera Apost. generalis, Auditor, Romar. eiq; Curie Iudex ordinarius, Sententiarumq; & Censurarum latorum ac quarũcunq; literarum Apostolicarum vniuersalis executor ab eodem S. D. N. Papa deputatus, uidimus, & diligenter inspeximus literas Apostolicas. S. D. N. Gregory diuina prouidentia Papæ. XIII hodie, qui fuit dies Iouis Sancti, & Cenæ Domini, & solemniter more solito lectas & publicatas, eiusq; uera Bulla plumbea cum cordula rubei cro eiq; colorum more Rom. Cu pendente Bullatas, & omni suspitione carentes subsequentis tenoris.*

GREGORIVS EPISCOVVS SERVVS SERVORVM
Dei ad futura, rei memoriam.



CONSUEVERVNT Romani Põtifces prædecessores nostri, ad retinẽdam puritate in religionis Christianæ, & ipsius vnitate que in comunõione membrorum ad vnum caput, Christum videlicet, eiusque Vicarium, principali ter consistit & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam arma iustitiæ per ministerium Apõtolatus in presenti celebritate exercere.
Nos igitur vetustum & solemnem hunc morem sequentes, excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apõstolorum Petri & Pauli, ac nostra quoscunq; Vitas, Violentiats, l u

Excommunicatio, & anathematizatio

In hereticos, eorũ fautores, libros legentes, & scilicet imitatos, & qui ab obedientia Ro. Pont. recedunt

A thera



therianos, Zuinglianos, Calvinistas, Vgonotos, Anabaptistas, Trinitarios, ac Gentes & singulos alios Hereticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuscunque secte existant, & eorum credentes, ipsorumque receptatores, & fautores, & generali ter quoslibet defensores, ac eorundem libros hereticos continentes, vel de religione tractantes, siue auctoritate nostra, & scilicet Apostolica scienter legentes, aut tenentes imprimentes, seu quomocolibet defendentes ex quavis causa, publice vel occulte, quouis ingenio, vel colore nec non Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Ro. Pont. pro tempore existentis obedientia, pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

2 In appellantes à Papa ad futurum Concilium.

2 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus seu conditionis fuerint, & interdicimus Vniuersitates, Collegia, & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis nostris, ac Rom. Pont. pro tempore existentium, ad vniuersale futurum Concilium appellantes necnon eos quorum auxilio, vel favore appellati fuerint.

3 In Piratas, eorum receptatores, & fautores.

3 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Larcunculos maritimos, & illos præcipue, qui mare nostrum à Monte argentario vsque ad Terracinam discurrentes, eos qui in illo navigant de prædatur, mutilant interficiunt, rebusque, & bonis suis spoliant, omnesque receptatores eorundem, & eis auxiliū scienter dantes, vel fauorem.

4 In rapientes naufragorū bona, aut scienter ab alijs rapta accipientes.

4 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quoruncunque nauibus tempestate in transuersum (ut dici solet) iactatis, naufragium pascis, aut etiam submersis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis de iacta: & in mari, vel litore inuenta, cuiuscunque generis bona, tam in nostris Tyrreni, & Adriatici, quam in quibuscunque alijs cuiuscunque maris regionibus, & litoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta scienter receperint ita ut nec etiam ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum excusari possint.

5 In imponētes noua pœdalia, & gabellas, vel eas augētes.

5 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes qui in terris suis noua pœdalia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel augent, aut imponi, vel augeri prohibita exigunt.

6 In falsificantes litteras apost. aut suppl. à quocunque auct. habēte signatas, ac falso fabricantes litteras apost. &c.

6 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios Litterarum Apostolicarum, & in forma Breuis, ac applicationum gratiarum, vel iustitiam concernentium, & Rom. Pont. vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum aut de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij aut gerentium vices prædictorum, signantes applicationes eisdem: ac etiam falso fabricantes litteras apostolicas, & in forma Breuis, ac supplicationes huiusmodi, Extendentes constitutionem fel. re. Innocentij papæ. h. quæ incipit. Ad falsariorū. cum omnibus prenis in ea contentis, ad eisdem fabricantes, & etiā ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mōda nostro signatas & datatas, sine nostra, aut Dararij nostri licentia.

7 In deferentes arma & alia bellica vsui apta ad Turcas, & Reip. statum concernentia prædictis enunciantes.

7 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos qui equos, arma, ferrū, silum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes tam ex ipso canape, quā ex quacunque alia materia, & ipsam materiem aliāque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis, & alijs Christi nominis inimicis: Nec nō illos qui per se vel alium seu alios de rebus Christianæ Reip. statum concernentibus, in Christianorū perniciem, & damnum ipso: Turcas, & Christianæ Religionis inimicos certiores faciunt, illisq; ad id auxiliū, consiliū, vel fauorem quomocolibet præstant: Nō obstantibus quibuscunque priuilegijs, & concessionibus quibuscunque Principibus, & Dominijs, siue priuatis personis per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, quæ illius nolemus in aliquo suffragari.

8 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu inuadētes eos qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curie necessaria adducunt, ac etiā eos qui ne ad Romanā Curiam adducantur, vel afferantur, impediunt, seu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt, aut soluere faciunt, seu hæc faciētes defendū, per se, vel alium, seu alios cuiuscunque fuerint ordinis, præminētia conditionis & status, ac etiā si Pontificali, vel Regali, aut alia quauis ecclesiastica, vel munda præfulgeant dignitate.

9 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depredantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad sedem apostolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsa & illis dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

10 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui non habentes in eadem Curia iurisdictionem ordinariam, vel delegatā, eius prætextu capiunt, spoliante, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mandant.

11 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ, Legatos, vel Nuncios, aut eorūdem cientes à suis diocesis, territorijs, terris, seu dominijs, eaque manūantes, vel rata habentes, seu præstātes eis auxilium, consilium, vel fauorem.

12 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios, quascunque personas ecclesiasticas, vel seculares ad dictā Curiam super eorū causis & negotijs, ecurrentes, illasque in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores, & agentes ipsorū, seu etiā Auditores, vel Iudices, super dictis causis, vel negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliant, seu qui per se vel alii seu alios directe vel indirecte prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque præminētia & dignitatis fuerint: Ac etiam omnes iam ecclesiasticos quam seculares, cuiuscunque dignitatis, qui prætextes sine uoluntate quādam appellationem à grauiamine, vel futura executione auctoritatem apostolicam, & in forma breuis, tam gratiā quā iustitiā concernentium, necnō citationū, inhibitionū, sequestro, monitorio, processuum, executionum, & aliorū decretorū à nobis, & à sede prædicta, seu Legatis, Nuncijs, Præiudicibus, Camera apostolicæ auditoribus, Comissarijs, alijque iudicibus, & delegatis apostolicis emanatorū & que pro tēpore emanauerint, aut aliā ad curias seculares, & laicā potestatem recurrunt, & ab ea, instantie etiam filij procuratore, appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciūt. Quiue illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi literarum, & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibēt: ac etiam partes, seu eorum agentes, notarios, executores, & subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorū prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis, eijciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & cōminantur per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, seu capi, carcerari, detineri, percuti, vulnerari, minisque agitari faciunt. Quiue aliā quibuscunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis im-

8 In impediētes eos, qui victualia, & alia necessaria Romā conuehant, aut pro eis aliquid exigentes.

9 In eos, qui ex proposito Romipetas offendunt.

10 In eos qui sine iurisdictione, in Curia commorantes vexant.

11 In offendentes S. R. E. Cardinales & alios prælates.

12 In eos, qui ad Romanā Cur. recurrētes offendūt, aut executionē litterarū apostolicarum, aut aliarū expeditionum impediunt, & ad gratias impetrandas accedentes prohibent. Ac etiam appellantes ad laicā potestatem à grauiamine vel futura earundē litterarū executione, ac etiā in impediētes & capientes, &c.

pettandis ad Romanam curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas vel litteras à dicta sede impetrent, seu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

12 In officiales principum secularium & prelatos, qui causas ecclesiasticas ad iudicibus apostolicis auocant, & ad eos res ad reuocanda impetrata compellunt.

13 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes & singulos Cancellarios Vicecancellarios, & Consiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque Regum, & Principum, ac Præsidentes Cancellarium, Consiliorum, & Parliamentorum: nec non procuratores generales eorumdem, vel aliorum Principum secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate quocunque nomine nuncupentur: aliosque Iudices tam ordinarios quam delegatos, nec non Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Commendatarios, Vicarios, & officiales, qui per se, vel alium, seu alios auctoritate propria & de facto, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Litterarum Apostolicarum prætextu beneficentiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissarijs nostris, alijsque iudicibus ecclesiasticis auocant, illarumque cursum: & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam iudices interponunt, qui que partes actrices, que illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones, emanarunt, a censuris, & penis in illis cõsentis absolui per statutam, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstint, etiam prætextu violentiæ prohibende, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos (vt dicunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis & sede Apostolica legitime prosequantur.

14 In iudices secularis curiarum qui ecclesiasticas personas ad sua Tribunalia trahunt, quique ecclesiasticam libertatem tollunt, vel in aliquo hædunt.

14 Quis ex eorum prætense officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, & Collegia ecclesiarum quarumcunque, coram se ad suum tribunal, audientiam, Cancellariam, Consilium vel Parlamentum (præter iuris canonici dispositionem trahunt) vel trahi faciunt, vel procurant directe vel indirecte, quouis quæsito colore: Nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quouis alia decreta in genere, vel in specie, ex quouis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu litterarum apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, vel cuiusvis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alijs quouis modo restingitur, seu nostris, & dictæ sedis, ac quarumcunque ecclesiarum iuribus quomodolibet directe vel indirecte, tacite vel expresse præiudicatur.

15 In impediētes Prelatos, ne sua iurisdictione utantur, qui que illorum & delegatorum iudicia euidentes ad cancellarias recurrunt, & eorum contra illos decernunt, præstint que auxilium &c.

15 Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus sua iurisdictione ecclesiastica contra quoscumque uentur, secundum quod Canones, & sacræ constitutiones ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridectini, statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinatorum, vel etiam delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut alias fori ecclesiastici iudicium eludentes, ad cancellarias, & alias curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam penalia ordinarijs, aut de legatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant: Eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxiliū, consiliū, patrocinium, & fauorē in eis dē.

16 Quae iurisdictionis, seu fructus, redditus, & prouetus, ad nos, & sedem Apoft. & quascunq; ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes usurpare, vel etiã quauis occasione, vel causa, sine Rom. Pont. vel eorum ad quos iure pertinent, expressa licentia sequestrar.

17 Quae collectas, decimas, tales, praestantias, & alia onera clericis, praetatis, & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum, & ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis, illorumq; fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia imponunt & diuersis etiã exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiã a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: nec non qui perse, vel alium, seu alios directe, vel indirecte praedicta facere exequi, vel procurare, aut in eisdẽ auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium palam, vel occulte praestare non verentur, cuiuscunq; sint praesentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiã si Imperiali, aut Regali praesulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, respublicas, & alij potentatus quicunq; etiã Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & terris quoquo modo praesidentes, aut quauis etiã Pontificali dignitate insigniti: Innouantes decreta super his per sacrosanctos tã in Lateranenõ nouissime celebrata quã alijs concilijs generalibus edita, etiã cum censuris, & poenis in eis contentis.

18 Itẽ excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunq; Magistratos, Senatores, Praesidentes, Auditores, & alios iudices quocunq; uel nomine uocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, scribas, ac executores & sub executores, & alios quoquo modo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas banniendo, capiẽdo, processando, seu sententias contra illas proferrẽdo, vel exequendo, etiam praetextu quorumcunq; privilegiorum a sede Apostolica ex quibusuis causis, ac sub quibuscunq; tenoribus, & formis, in genere & specie concessorum quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principibus, Rebus publicis, Monarchis, Ciuitatibus, & alijs quibuscunq; potentatibus quocunq; nomine censentur, quã nolumus illis in aliquo suffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.

19 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui perse, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, sub quocunq; titulo, vel colore de facto occupar, vel detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere, aut inuadere hostiliter praesumpserint in totum, vel in partem Albaniam, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, Terras circa Pharam, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaylinum, Sabinae, Marchiae Anconitanæ, Massæ Trebariae, Romandiolae, Capanae, & maritimas praesentias, illarumq; terras, & loca, ac terras specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitateq; nostras Bononiam, Carsenam, Ariminum, Beneuentum, Perusum, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca, uel iura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinẽtia, dictaq; Ro. Eccle. mediate, vel immediate subiecta: quine supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Ro. Eccle. competẽtẽ de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis praesumunt: Nec non adherentes fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quoquo modo libet praestantes.

20 Nec non omnes, & singulos suppellectiliũ, librorũ, scripturarũ, & bonorũ Camerae, & Palatij apostolici ex eodẽ Palatio, in firmitatis Ro. Põr. ac sedis Apostolicæ uacationis tẽpore, ablatores, raptores, & illorũ detẽtores, ac quoscunq; alios, ad quoru manus bona praedicta quocunq; titulo, & ex quauis causa sciẽter peruenerint.

21 Velientes praesentes nostros processus, ac omnia & quaecunq; his literis contenta, quousq; alij huiusmodi processus a nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existẽtes fiant, aut publicentur, durare, suorq; effectus omnino sortiri.

35 In usurpantes sedis apostolicæ, & quarumcunq; ecclesiarum iurisdictiones, vel fructus aut eos sequestrantes.

17 In imponentes decimas, & onera personis ecclesiasticis, ecclesijs, monasterijs, aut eorũ fructibus.

18 Contra iudices seculares in causis capitalibus, seu criminalibus contra ecclesiasticas personas se interponentes.

19 In occupantes loca, & terras ecclesie Ro. & in illis suprema iurisdictionem usurpantes.

20 In raptores suppellectiliũ, & scripturarũ Camerae, & Palatij Apostolici.

21 Quandiu praesens processus durat.

- 22 **Rescriptum ab Episcopo Pontifici.** In praedictis sententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, et in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione praestita, absolui possit, etiam praetextu quarumvis facultatum & indultorum, quibuscumque personis ecclesiasticis, saecularibus, & quorumvis ordinum etiam Mendicantium, & Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate praeditis, ipsisque ordinibus & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per nos & dictam Sedem ac cuiusvis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque scriptura in genere & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum.
- 23 **Contra absolutos in supra dictis calibus.** Quod si forte aliqui contra tenorem praesentium talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficio impendere de facto praesumpserint, eos excommunicationis sententia innotamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.
- 24 **Absolutio R. Pontificis etiam solentis quos non comprehendat.** 24 **Declarantes, ac protestantes** quacunque absolutionem etiam solentem per nos faciendam, praedictos excommunicatos sub praesentibus comprehensos, nisi prius a praemis, cum vero proposito ulterius similia non committendi, desistuerint, ac quo ad eos, qui contra libertatem, ut praemititur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publice reuocauerint, & ex Archiuijs, seu Capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cessari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari. Quae tamen per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quantumcunque tempore continuata, in praemis omnibus & singulis, ac quibuscumque iuribus Sedis Apostolicae, ac S. R. E. vnde cumque, & quomodocunque quascis, vel querendis nullatenus praevincari posse, seu debere.
- 25 **Quod non obstant privilegia, aut quavis Apostolica indulta quo minus quis in hoc processu includatur.** 25 **Non obstantibus** privilegijs, indulgentijs, & literis Apost. generalibus, vel specialibus, supra dictis, vel eorum alicui, seu aliquibus, & alijs cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & praerogativae fuerint, etiam si, ut praemititur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis ecclesiastica, & mundana praefulgent dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis, a praedicta Sede ex quavis causa etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatorijs derogatorijs concessis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per literas Apost. non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, Nec non consuetudinibus etiam immemorialibus, ac praescriptionibus quantumcunque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per que contra hos nostros processus, ac sententias, quo minus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri: quae omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbu nihil penitus omisso inferrentur praesentibus, pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, caeterisque contrarijs quibuscumque.
- 26 **Quod appensio processus in valuis ecclesie sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicae principis Apostolorum, ignorantis, aut excusationis alicuius loci non relinquit.** 26 **Veru praesentes nostri processus** ad communem omnium notitiam facilius deducentur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes valuis Ecclesie S. Iohannis Laterani, & Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe appendi faciemus, quae processus ipsos quasi sonoro praconio, & patulo iudicio publicabunt, vt ij, quos processus huiusmodi contingant, quoad ipsos non peruenierint, aut quod ipsos

ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætereſſe, aut ignorantiam allo-
gare, cum non ſit veriſimile id remanere in cognitum, quod tam patet eſſe omni-
bus publicatum.

27 In ſuper, vt proceſſus ipſi, ac præſentes literæ ac omnia & ſingule in iſis conten-
ta eo ſiant notiora, quo in pleriq; ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuerſis
& ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epicoſcopis, & locorum Ordina-
rijs, Prælatiſ, & Reſtoribus vbilibet conſtitutis per hæc ſcripta committimus, & in
virtute ſanc-tæ obedienciæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt per te vel alium ſeu
alios præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint, notitiam, ſe-
mel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam plures in eccleſijs ſuis, dum in eis ma-
ior populi multitudo ad diuina conuenit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti-
ſidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

28 Cæterum hortamur eoſdem vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſco-
pos, Epicoſcopos, alioſque locorum ordinarios, & Eccleſiarum Prælatos, nec non Re-
ſtores, cæterosque curam animarum exercentes, ac preſbyteros ſeculares, & quo-
rumuis ordinum regulares ad audiendum confeſſiones quauis auctoritate depu-
tatos, vt tranſumptum harum literarum penes ſe habere, legere, & diligenter exa-
minare procurent.

29 Volentes earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Not. publici ma-
nu ſubſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarij Rom. Curie, vel alterius perſonæ in digni-
tate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem proſus fidè in iudicio, & extra illud
vbique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent ex-
hibita, vel oſtenſa.

30 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excõmunicationis
anathematizationis, interdicti, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocatio-
nis, commiſſionis, in nodationis, mandati, hortationis & voluntatis infringere, vel
ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignatio-
nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit
incurſurum.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo
quingentefimo octuageſimo tertio, pridie non. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno
vndecimo.

Cæſar Glotierius.

M. Datarius.

Registrada apud Cæſarem Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingentefimo octuageſi. tertio, in-
dictione vndecimo, die vero Iouis ſeptima menſis Aprilis, Pontificatus San-
ctiſſimi Chriſto patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Pape XIII.
anno vndecimo, retroſcriptæ literæ Apoſtolice affixæ, & publicatæ fuerunt ad val-
uas Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſ. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,
Cancellariæ Apoſtolice, & in acie campi Floræ, per nos Petrum Alciſum Gai-
tam, & Nicolaum Taliærum Apoſtolicos. Curſ. Alexander Parabiaccus
Mag. Curſ.



VIBVS QUIDEM LITERIS DILI-
genter inspectis, illas ad requisitionem, & instā-
tiā Magnifici D. Ioan. Felicis Saluatorij, S. D. N.
Papæ, & Cameræ Apostolicæ Procuratoris Fi-
scalij, per Marcum Antonium Brutum nostrū,
& dictæ Curie Notarium publicum infra scri-
ptum transumi, & exemplari, ac in hanc publi-
cam transumpti formam redigi mandauimus. Decernentes, &
volentes, vt huic præsentī transumpto, iuxta earundem literarū,
& decreti in eis appositi formam, continentiam, & tenorem de
cætero plena, & Indubia fides adhibeatur vbiq; locorū, ac si ipsæ
literæ originale exhibita, vel ostensæ forent. Quibus omnibus, &
singulis auctoritatem nostram ordinariam, ac decretum interpo-
suimus & interponimus per præsentē. In quorum fidem præsen-
tes literas, atq; præsentē publicum transumpti instrumentum exin-
de fieri, & per impressores Camerales imprimi, ac per dictum No-
tarium nostrum, & Curie nostræ coram nobis scribam infra scri-
ptum subscribi, & publicari mandauimus, nostriq; soliti sigilli im-
pressionē muniri iussimus, & fecimus. Datum, in ædibus no-
stris, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo
octuagesimo tertio, septimo Idus Aprilis. Pontificatus sanctiss. in
Christo patris, & B. N. D. Gregorij diuina prouidētia Papæ XIII.
anno vndecimus, præsentibus ibidem D. D. Pompeo Antonino,
& Antonio Guidotto dictæ Curie nostræ notarijs, & coram no-
bis scribis testibus ad præmissa omnia & singula vocatis, & ro-
gatis.

*Impressa en Granada, por mandado de su Illustrissima, y
Reuerendissima Señoria, en casa de Hugo de Me-
na. Año de. M. D. LXXXIII.*